Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



TRO.

92

num filiorum israel. Pars autem domini populus eius
Iacob funiculus hereditatis eius. Inuenit eum in terra deserta in loco hor
roris et uastae solitudinis. Circuiuit
eum et docuit et custodiuit quasi pu
pillam oculi sui. Sicut aquila prouo
cans ad volandum pullos suos et super
eos volitans. Expandit alas suas et
assumpsit eos atque portauit in humi
ris suis. Dominus solus dux eius fuit et
non erat cum eo deus alienus. Consti
tuit eum super excelsam terram ut comedat
et fructus agrorum. Vt suggeret mel de pe
tra oleumque de saxo durissimo. Butyrum
de armento et lac de ouibus cum adipe
agnorum et arietum filiorum basan. Et hir
cos cum medulla tritici et sanguinem
uue bibent meracissimum. Incrassatus
est dilectus et recalcitrauit. Incrassatus
impinguatus dilatatus. Dereliquit
dominum factorem suum et recessit a deo salu
tari suo. Prouocauerunt eum in diis al
ienis et in abominationibus ad iracun
diam concitauerunt. Immolauerunt demo
niis et non deo. dis quos ignorabant.
Novi recentesque venerunt. quos non co
luerunt patres eorum. Deum qui te genu
it deliquisti et obliuiscis es dominum nutri
tui. Vidit dominus et ad iracundiam
concitatus est. quia prouocauerunt eum
filii sui et filie. Et ait abscondam fa
ciem meam a eis et considerabo novis
sima eorum. Gnatio enim prauisa est et in
fideles filii. Ipsi me prouocauerunt in eo
qui non erat deus. irritauerunt me in va
nitatibus suis. Et ego prouocabo eos in eo
qui non est populus et in gente stulta irrita
bo illos. Ignis incensus est in furore
meo et ardebit usque ad inferni nouissi
ma. Devorabitque terram cum germine
suo et montium fundamenta incendet. Con
congregabo super eos mala et sagittas meas
complebo in eis. Consumentur fame et de
uorabunt eos aues morsu amarissi
mo. Dentes bestiarum immittam in eos.

cum furore venenum serpentum. Foris occidet eos gladius
et intus pauor. iuuenem simul ac
virginem lactantem cum homine sene
et dixit ubi nam sunt. cessare faciam
ex hominibus memoriam eorum. Si propo
nam inimicorum distuli. ne forte sua
derent hostes eorum. Et dicent manus
nostra excelsa et non dominus fecit hec
omnia. Gens absque consilio est et sen
tentia. utinam sapiant et intelligant.
ac nouissima prouident. Quomodo persequ
batur unus mille et duo fugarent
decem milia. Nonne ideo quia deus
suus uendidit eos et dominus conclu
sit illos. Non enim est deus noster ut du
corum et inimici nostri sunt iudices. De
uinea sodomorum uinum eorum et de suburbi
bus gomorre. Vina eorum uva fellis
et botrus amarissimus. Fel draconum
uinum eorum et uenenum aspidum insana
bile. Nonne hec condita sunt apud me
et signata in thesauris meis. Mea est
ultio et ego retribuam eis in tempore ut la
batur pes eorum. Iuxta est dies perditio
nis et adesse festinant tempora. Iudicabit
dominus populum suum et in seruis suis miseret
bitur. Videbit quoniam infirmata sit man
et clausi quoque defecerint residuique con
sumpti sunt. Et dicent ubi sunt dii eorum
in quibus habebant fiduciam. De quorum
victimis comedebant adipes et bibe
bant uinum libamina. Surgant et
prosint uobis. et in necessitate uos
protegant. Videte quia ego sum solus et
non est alius deus preter me. Ego occidam
et ego uiuere faciam. percutiam et ego sa
nabo et non est qui de manu mea pos
sit eruere. leuabo ad celum manum
meam et dicam. uiuo ego in eternum.
Si acuero ut fulgur gladium meum.
et arripuerit iudicium manus mea.
Reddam ultionem hostibus meis et
his qui oderunt me retribuam. Inebriabo
sagittas meas sanguine et gladius meus deuo